Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



pgit. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat p
loca in aquosa quærens requiem et non inueniens dicit. Re
uertar in domum meam unde exiui. Et cum uenit inuenit
scopis mundatam. Et tunc uadit & assumit septem spiritus ne
quiores se & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis
illius peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret. extollens uo
cem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus uentris qui te
portauit. & ubera que suxisti. At ille dixit. Quin immo beati
qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud. Feria. ii. de Regum
Diebus illis. Naaman princeps militiæ regis syrie erat uir
magnus apud dominum suum & honoratus. Per illum enim dedit do
minus salutem syrie. Erat autem uir fortis & diues. sed lepro
so. Porro de syria egressi fuerant latrunculi. & captiuam duxerant
de terra israel paruulam puellam. que erat in obsequio uxoris
naaman. Que aut ad dominam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad
prophetam qui est in samaria. profecto curasset eum a lepra quam ha
bet. Ingressus est itaque naaman ad dominum suum. & nunciauit
ei dicens. Sic & sic locuta est puella. de terra israel. Dixit q;
ei rex syrie. Vade & mittam litteras ad regem israel. Qui cum
profectus esset. & tulisset secum decem talenta argenti & sex mi
lia aureos. & decem mutatoria uestimentorum. detulit litteras
ad regem israel. in hec uerba. Cum accepis epistolam hanc.
scito quod miserim ad te seruum meum naaman. ut cures eum
a lepra sua. Cum q; legisset rex israel litteras. scidit uestimenta
sua & ait. Numquid dis sum ego ut occidere possim. & uiui
ficare. quia iste misit ad me ut curem hominem a lepra
sua. Animaduertite & uidete quomodo occasiones quærat aduer
sum me. Quod cum audisset helyseus uir dei. fudisse uidelicet